

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia  
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

**Meier, Gebhard Theodor**

**Helmstadii, 1696**

§. CXXXXIX.

**urn:nbn:de:bsz:31-105465**

jorem nec ipsi Chiliaſtæ negabunt. Minor conſtat ex v. ii. ubi parvum cornu in illo ipſo judicio in ignem projicitur, quod judicium eſſe extremum illud, in fine totius univerſi habendum, paulo ante demonſtratum eſt. Ex quibus omnibus apparet, quidnam ipſe Daniel de Chiliaſmo ſentiat, unde non dubito quin ex ſingulari Dei providentia Chiliaſtæ nobiſcum diſputantes, talia nobiſi ipſi loca com-  
monſtrare & ſuppeditare arma cogantur, quibus mani-  
feſtiſſime totum dogma ipſorum jugulari queat. Oſten-  
det hoc ipſum ſuo tempore & loco ipſe D. Præceptor, &  
doctrinam ſuam uberius publico ſcripto propediem tue-  
bitur.

CXXXIX. Judicet jam totus orbis Chriſtianus, quo jure Chiliaſtæ dogma ſuum nobiſi pro divino poſſint obtrudere, & illos qui vanitatibus hiſce contradicunt tanquam hoſtes veritatis ac pietatis proclamare? Judicent, inquam, an illi, qui voci ſolius Chriſti ſunt aſſveti Joh. X. 6. neglectis Salvatoris ſui apertis effatis, teneantur exoſculari illa, quæ vel, neſcio cujus divinatricis oracula nuper in lucem protruſere, vel D. Animadvertentis pagina ex ſcriptis Prophetarum pro beneplacito intellectis inauditâ demonſtrandi methodo deduxerunt? Expergiſcantur, utinam, utinam, tot pretioſo Chriſti ſanguine redemptæ animæ, quas tam periculoſus error atque monſtroſa vanitas à genuinis purisque verbi divini laticibus ad turbulentiffimas falſarum Scripturæ S. detorſionum paludes abduxit, veritatisque lumen oculos ſuos tandem perſtingere patiantur: Diſcutiat ipſe Deus nebulas animum ipſorum denſâ caligine obnubilantes. Illuminet corda cunctorum è ſeductis hæc legentium, & verbi ſui divini virtute tergiverſan-  
gium animos expugnet, ſuamque Eccleſiam in ſancta fidei unitate benigniſſimus iterum conjungat.

Ter-

Terre  
Anim  
Sellas  
Fulger  
Veſteſ  
Spectet  
Spes no  
Alios ca  
Profuſu  
Nobis p



*Terrena nobis nulla fascinent sceptrā  
 Animos tumentes, nec superbiens ostrum,  
 Sellas eburneas, jubarq; gemmarum  
 Fulgens hiemus, aut metalla Pactoli,  
 Vestesq; bis cruore muricis tinctas:  
 Spectet supernas unice poli sedes  
 Spes nostra, thesaurosq; nesciat Christi  
 Alios caterva, prater illa quæ sanguis  
 Profusus Agni, crimen omne tollentis,  
 Nobis paravit in sui domo Patris.*

F I N I S.



